

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Peter Hinckelmann Johannes Albinus

**De Papismo Disputatio Anasceuastica Vigesima Quarta Et Ultima. Continens  
praecipuos Romanae Synagogae errores refutatos, quos ea foveat in locis De  
Morte, Sepultura, Statu Animarum, Post Mortem Et Purgatorio**

Rostochii: Litteris Reusnerianis, 1608

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn756813514>

Druck Freier  Zugang



P. Kinkelmann.  
R. N. theol. 1607. 8.

Contenta		
1	Joh. Linselius, De loco pno et vco	1607
2	Jacch. Harrington, De conciunctione maiestatis	1607
3	Jacch. Fisherus, De peccato originali	1607
4	Heid. Kirchdrius, De arbitrio boni et	1607
5	Joh. Redekerius, De discriminatione legis ev.	1607
6	Herrn. Textorius, De justificatione	1607
7	Jacch. Jordanius, De bonis operibus	1607
8	Joa. Lutetius, De sacramentis	1608
9	Jacch. Harrington, De sacramento coenae	1608
10	Heid. Kirchdrius, De sacr. confirmationis	1608
11	Joh. ab Huda, De traditionibus	1608
12	Paul Brinio, De votis monachis	1608
13	Nic. Fiduciarius, De alia phoris	1608
14	Herrn. Hamerius, De oratione	1608
15	Petri. Loft, De indulgentiis	1608
16	Joh. Albinus, De morte	1608

I. (2)

DE PAPISMO  
DISPUTATIO ANASCEVASTICA  
VIGESIMA QVARTA  
ET ULTIMA.

*Continens præcipuos Romane Synagoga errores refutatos, quos ea foveat in locis*

De

MORTE, SEPUL-  
TURA, STATU ANI-  
MARUM, POST MORTEM,  
ET PURGATORIO,

*Reverenda facultatis Theologica in Academiâ  
Rostochiensi consensu:*

Moderatore & Doctore S. Spiritu:  
Sub Praesidio

*M. PETRI HINKELMANNI*  
*Verbi Divini ministri:*

*ad privatam ouȝt̄m̄ proposita.*

I O H A N N E ALBINO  
Bardenſi Pomerano.

*Horis locoḡ solitis, i p̄fis Nonis May.*

ROSTOCHII,  
Litteris Reusnerianis An. 1608.





## DISPUTATIO XXIV.

# DE MORTE, SEPULTURA, ET STATU ANIMARUM POST MOR- TEM SIVE DE PURGATORIO.

de gloriis.

### I.

**D**er venimus, DE I gratiâ, in exercitationum nostrarum curriculo ad locum de morte, eiq; adjunctâ sepulturâ, qui ut est de ultimo vitæ nostræ termino, ita terminare etiam & claudere omnium anastasis asticarum nostrarum deberet circulum, nisi tanta fœcunditas Pontificiorum errorum ulterius nos provocaret. Non enim sicut ad mortem usq; distendit eos cohors pontifica, ut cum ea jam cessent; Sed infinitos eosq; craſiſimis foret etiam de statu animarum post mortem, ac cumpri- mis de Purgatorio, multa & mirificè nugatur & fabulatur. Hunc itaq; locum tanquam uero phœnix, ad illum addere operæ precium erit.

**II.** Est autem utraq; doctrina, & de morte & de statu animarum posse eam, maxime necessaria: & utrobius abominabiles & omnibus modis detestandi & S. S. Scripturæ contradicentes occurrunt errores, qui ad omnium in Papatu Ecclesiarum pulpita irrepserunt, ex ijs docentur, in ijs regnant. Ac primò quidem de Morte, ejus memo riā ita tenaciter animis nostris infixam circumferendam S. S. Scriptura monet, ut neq; in medijs vita hujus gaudijs ejus oblivio capere nos debeat: In omnibus, inquit <sup>a)</sup>, operibus tuis perpende no- viissima, & in æternum non peccabis. Quia meditatio ejus in perpetua humanae fragilitatis contemplatione cœn fratum à peccandi libidine.

A 2

retrahit

<sup>a)</sup> Eccles. 7.  
v. 40.

b) PROV. 1, 7. & C<sup>o</sup> (b), adducit (c). Pontificū vero Mortis memoriam & medi-  
c) PS. 90, 12. rationem longē aliter contemplantur, & quocunq; modo, ea acci-  
dat, satisfactoriam & meritoriam remissionis peccatorum fa-  
ciunt.

III. Sic & de statu animarum posse mortem, veteratoriē & fla-  
gitiosē miseris hominibus persuadere, & palpum obtrudere tot annos  
non erubuerunt, improbi isti fascinatores Esavitici, nec adhuc clarissima  
licet luce veritatis ex verbo Dei devicti, docere tamen in Eccle-  
sijs suis ipsos non pudet: prater duo ista (ut sic loquamur) loca seu  
receptacula animarum, infernum nimirum & cælum, quorum dunt  
taxat mentio fit in Scriptura, tria intermedia esse; in quorum supre-  
mo Patres, V. T. fideles ad Christi usq; ad ventum, & consummatam  
passionem detenti fuerint sine sensu doloris; in infimo vero statim  
supra infernum conclusæ teneantur animæ infantium illorum, qui  
vel in V. T. ante circumcisōnem, vel in N. T. ante perceptum Ba-  
ptismū decesserunt; atq; in medio, quod est Purgatorium, a-  
nimæ illorum hominum, qui satisfactionem pro peccatis mortalibus  
in hac vita non consummaverunt, posse hanc vitam temporalibus  
pœnis ab ipsis purgantur, & suffragijs virorum fidelium ex eo liberari  
possint.

IV. Quæ cùm sint pura puta mendacia à Diabolo ejusq; affeclis &  
discipulis nugacissime & scelestissime ad fascinando & decipiendos  
hominum animos excogitata & effecta: Non abs re fecerimus, si ultimâ  
hoc ouȝtā nostrâ, juxta illam de Morte & sepultura, si-  
mul etiam sinceram & veram hanc doctrinam de statu animarum  
posse mortem, à fictijs illis proprijs Papistarum sedibus vindicave-  
rimus, ab egregijs illorum mendacijs libera verimus, sordibusq; fædissi-  
mis purgaverimus.

V. Pro duobus igitur hisce locis, totidem capitibus, Duce Spiritu  
S. ex S. Scripturæ fundamentis dimicabimus, sinuosos adversario-  
rum Pon-

rum, Pontificiorum; nexus solvemus, ac falsas & erroneas eorundem  
opiniones discutiemus & refutabimus.

I. De Morte & Sepultura.

II. De statu animarum post mortem, & præsertim de Pur-  
gatorio.

CAPUT PRIMUM.  
De Morte & Sepultura.

Primus Error.

Homo per poenam mortis satisfacit, & meretur quoque; Quamvis enim in hora mortis non habet usum liberi arbitrij, sufficit illi tamen bona intentio. Tum etiam violenta mors videlicet latronis, furis, aut alterius malefici, patienter tolerata, & suscepta, est sufficiens satisfa-

Thom. contra Gent.  
D. Iohan. Keysersberger in publ. concionibus.

REFUTATIO.

I. Multas meritorum myriades docet, magno zelo urget, & inculcat Romana Ecclesia: & omnia maxima & minima, summa & infima in toto Papatu ad merendum, satisfaciendum, expiadum suscipi ac dirigi, cum omnes ferè reliquæ, tum hæc quoqud dissertatione testatur & evincit. Ac in hoc quidem errore volunt; mortem etiam cuiuslibet hominis sive naturalem, sive violentam patienter modò toleratam: 1. satisfacere pro peccatis. 2. mereri vitam æternam. Quæ ut à nostra religione prorsus aliena, & mentibus pjs abominabilia, & audita horrenda, ita paucis removenda & abicienda sunt.

II. Primum igitur; hominem morte sua satisfacere pro peccatis, refutatur. 1. illis Scripturæ testimonijs, quibus docemur, unam solam totalem & plenariam satisfactionem & propitiationem pro peccatis, esse innocentissimam & preciosissimam passionem ac mortem solius Salvatoris Jesu Christi. (a)

a) Esa. 53, 5.  
Rom. 4, 23.

1. Tim. 2, 5.

III. 2. Rationibus, primò ab absurdo: Si mors naturalis & mors violenta patienter tolerata, est sufficiens satisfactio pro peccatis, &c. ad quid Christus innocentissimus mori necesse habuit? si per legem

1. Ioh. 2, v. 3.

Hebr. 2, v. 14

c. 9. v. 12, &

28. C. IO. v. 10,

aut 12, & 18,

b) Gal. 2, 21. aut ullam aliam rem justicia; Christus frustra mortuus est (b). Et quorsum, o ineptissimi Papicola, jam dubitatis de salute vestra, cum omnibus vobis moriendum? cur ita vosmet excarnificatis, cum uno mortis momento expediri, quae pro peccatis sustinenda, possint? Cur alios, qui non sunt vestrae religionis, damnatis, si non minus ac vos morte sua satisfacere pro peccatis possint?

c) Gen. 2, 12. Rom. 6, 23.

IV. Deinde à definitione mortis; Quae est divina pena propter peccatum homini adjudicata (c), quâ homo non solum omnis generis morbis & infirmitatibus excruciatur, sed tandem etiam corpus & anima lamentabiliter develluntur, ad ostendendam justissimam iram Dei adversus peccatum: ut corpus quidem fiat esca vermium, putrefiat,

d) Gen. 3, 19. e) Rom. 7, 25. cap. 8. v. i.

& in terram revertatur (d), anima vero in aeternos cruciatus abiciatur, nisi in hac vita reconciliatio fiat per fidem in Christum (e). Si igitur mors pena est peccati, & ejusmodi pena, quâ corpus putredini, & anima aeternis cruciatibus obnoxia sunt, quomodo erit satisfactione?

V. Neq; enim existimandum ita homines paenam mortis sustinerent, quasi illam inflixerit ipsis ideò Deus, ut per eam satisficeret tandem justicia sua offensæ propter peccatum; Sed quia ipse homo libera sua voluntate mandatum Dei transgrediendo, peccavit, mortem quam Deus ipsis comminatus fuerat, peccato suo sibi accersivit in vindictam; Deus eam exercet in delinquentes, ac instrumenti loco igne, grandine, fame, morte, &c. quæ ad vindictam creata sunt (f), u-

f) Ecclesiast. 39. v. 35. & seq. titur.

VI. Hinc relinquitur jam, nequaquam hominis mortem satisfacere pro peccatis, nedum ut meritum aliquod illi tribui possit, quod alterum est in errore. Licet enim præter satisfactionem pro peccatis quereretur aliquod meritum, cuius beneficio vita aeterna possideatur; tantum tamen abest illud, in morte hominis, qualiscunq; illa fuerit, inveniri, ut si omnia etiam in vitâ suâ fecerit homo, quæ precepta sunt ipsis dicendum ei sit: Servus inutilis sum, quod debui facere, feci (g). Cum itaq; in confessio sit, neminem unquam hominum legi Dei

g) Luc. 17, 10

Dei satisfecisse, aut satisfacere quidem posse <sup>(h)</sup>: Proinde nemo nec <sup>h)Rom.8,7.</sup>  
sibi, neque alijs, quibuscumque rebus aut operibus maximè Deo placenti-  
bus, coram Deo quipiam mereri potest: multò minus morte, qua Deus  
non delectatur <sup>(i).</sup>

i) Sap.1.V.13.

VII. Quin et meritum ex professo adversatur et repugnat gratiae  
et misericordiae Dei opt: max: Gratia enim seu domum Dei est vita  
eterna in Christo Domino nostro <sup>(k).</sup> Et gratia salvati sumus per fi- <sup>k) Rom. 6.</sup>  
dem, id est non ex nobis, sed Dei donum est <sup>(l),</sup> qui secundum miseri- <sup>v. 23.</sup>  
cordiam suam salvos nos fecit <sup>(m).</sup> Si igitur gratia, jam non ex operi- <sup>l) Ephes. 2.</sup>  
bus aut morte quacunque perpetua: alioquin gratia jam non est gratia <sup>v. 8.</sup> <sup>m) Tit. 3.</sup>  
<sup>(n):</sup> unde celebris est vox Augustini: Gratia non est gratia ullo mo- <sup>v. 5.</sup>  
do, si non detur gratis omni modo. <sup>n) Rom. 11.</sup> <sup>v. 6.</sup>

IX. Quod a. instant: Quemadmodum per passionibus et afflictio-  
nibus nostris supplendum, quod deest afflictionibus Christi, sicut Paulus dicit <sup>(o):</sup> Suppleo quod deerat afflictionum Christi &c. Sic morte <sup>o)Col.1,24.</sup>  
nostra consummandum esse, quod deest satisfactionibus mortis Christi,  
sicut Apostoli, Martyres, et reliqui Sancti illum defectum consum-  
marunt: Respondemus, id adeò nugatorium, impium, blasphemum et  
contumeliosum esse, ut omnes furiae infernales ad illud excogitandum  
conspirasse videantur. Ut enim de sufficienti satisfactione passionis  
ac mortis Iesu Christi, et de fine afflictionum, de quibus in superiori di-  
sputatione 17. cap. 1. Er. 6. th. 3. dictum est, hic nihil referamus,  
ad locum Apostoli saltem hoc addimus: Paulum ibi non velle, adden-  
das esse ad passionem Christi sive vel aliorum afflictiones, sed quia a-  
gnovit Christianos affligendos et trucidandos esse pro nomine Iesu, i-  
deoque se jam expositum dicit omnis generis afflictionibus et persecutio-  
nibus, qua sustinenda omnibus, qui pie vivere volunt in Christo Iesu,  
ut alibi dicit <sup>(p).</sup>

p) 2.Tim.3.  
v. 12.

X. Et quia strenue propugnabat Evangelium Christi, ad quod  
docendum ipse ordinatus erat, se etiam affligi debere innuit pro Eccles-  
ia sua tanquam corpore Christi, <sup>(q)</sup> cuius caput ipse Christus est. Atque <sup>q) 2.Tim.2.</sup>  
hoc modo, quia potissimum membrum erat ejus corporis, dicit, se non-  
dum

dum sustinuisse omnia, quæ perpessurus est in vocatione & ordinatio-  
ne sua, quatenus particeps factus crucis Ecclesiæ à Christo relictæ; ac  
proinde indies eadem supplere in carne sua. Neq; enim dicit Aposto-  
lus: Ego suppleo redempcionem generis humani, quasi illud non suffi-  
cienter redemptum; sed tantum vult, se passione sua adimplere & pa-  
ti pro fratribus, ut consermentur in Evangelio.

X. Sic nemo etiam aut Martyrum, aut aliorum Sanctorum (ne-  
dum latronum & furum, ut impudenti ore eorum mortem satisfac-  
toriam & meritoriam pro peccatis faciunt Pontificij, cum potius illi,  
fatente ipso latrone <sup>(r)</sup> digna factis supplicia accipient) morte sua  
pro peccatis satisfecit. Moriendum enim ex aequo est omnibus fide-  
<sup>r</sup>) Luc. 23.  
v. 41.  
<sup>f</sup>) Rom. 7.  
v. 15.  
cap. 8. v. 6.  
t.) Ioh. 5. v.  
24.  
u) 1. Cor. 15.  
v. 53.  
x) Rom. 8.  
v. 29.  
rum propter reliquum in carne peccatum <sup>(t)</sup>, ut per mortem transeant  
in vitam <sup>(t)</sup>, ut corruptibile induat ἀφρούσιαν, incorruptionem, &  
mortale immortalitatem <sup>(u)</sup>; ut conformes reddantur imagini filij  
Dei <sup>(x)</sup>; ut deniq; tesseram innocentia sua, & sincerae doctrinae sigil-  
lum secum deportent. Nulla igitur satisfactio, nullum mericum  
morti assignandum, hinc jam perspicuum evadit.

### Secundus Error.

#### De Sepultura.

D. Iohan.  
Beysersz-  
berger de  
suffragijs  
de funeto-  
rum.  
Libri Pon-  
tificij.  
Praxis Ro-  
manæ Ec-  
clesiæ.

Sepultura sive curatio funerum religiosis istis usu re-  
cepitis, in Catholica Ecclesia defunctorum obsequijs ex-  
pedienda est, ut quæ commodant de funeris ad redem-  
ptionem ex purgatorio. Et mortui sepeliri debent in lo-  
cis consecratis, ut cœnobijs, sacellis, & id genus alijs, cùm  
ista non parùm conferant illic sepultis. Quod cum Lu-  
therani non observant, & nihil referre opinantur, quo-  
cunq; corpora defunctorum abjiciantur, cùm barbari,  
tum impij sunt.

### REFUTATIO.

I. Somnium hoc ab atro & maligno Spiritu Pontificiorum cerebel-  
lis incussum, mirifica valde sonat, dum sepulturam honestè quidem  
peras.

peragere volentes, tot tamen superstitionibus submersi, ad curationem funerum pertinere ajunt, 1. ut suffragia illa siue obsequia defunctorum tanquam religiosa requisita exequiarum adhibeantur. 2. ut in certis locis circa templo vel in templis, &c. fiat. 3. ut loca ista sint consecrata: Et ista requisita non observantes, ignominiosè culpant & incusant. Sed ad refutationem.

II. Primum itaq; sepultura quidem honestè peragenda & habenda est, ut paulo post diceretur: Sed quorsum interim infinitæ ille superstitiones & suffragia, quæ vocant? Nunquid existimandum, defunctos inde affici sensu aliquo, quasi vel melius vel pejus inde habeant, vel q;dem ex Purgatorio à viventibus liberari juvari & redimi possint, ut Papicola, misellum vulgus dementant? Profectò nos melius sapiimus: Præterquam enim quod nullum es Purgatorium, ut in 2.

cap. demonstrabimus, quicunq; ille fingatur locus, quod migravit; ut ceciderit lignum ita manebit <sup>(a)</sup>; itq; homo in domum æternitatis suæ <sup>(b)</sup>: a)Ecclesi. II. v. 3.  
Et si in hac vita non fuerit facta reconciliatio per fidem in Christum, b)ibid. c. 12. v. 5.  
post mortem sanè nullus erit locus pænitentie, satisfactionis, & liberationis.

III. Ecce enim nunc, nunc, inquit Apostolus <sup>(c)</sup>, in hac vita, c)2. Cor. 6. in hoc seculo, tempus acceptum, ecce nunc dies salutis: Et mortui nihil non erunt amplius, nec habent ultra mercedem, nec habent partem in hoc seculo, & in omni opere, quod sub sole geritur <sup>(d)</sup>: At omnia d)Ecclesi. 9: opinata illa suffragia & obsequia mortuorum in hoc seculo, & sub sole geruntur: Ergo mortui nullam habent partem in illis. Vnde rectè Augustinus scribit: Proinde omnia ista, curatio funebris, conditio lib. I. c. 12. sepulturæ, pompa exequiarum, magis sunt vivorum solatia, quam de civit. Dci mortuorum subsidia. Nulla igitur ex illo loco, siue Purgatorium appelleretur, siue quicunq; aliud sit infernalis, datur redemptio. Et per consequens, ad quid suffragia?

IV. Et quænam sunt illa suffragia & obsequia mortuorum, & ubinā fundata sunt? Enumerant Pontificij eorum 24. quæ in suis libris videantur, & pleraq; talia sunt, quæ non nisi summo labore, & maxima

B

summum

sumtuum profusione suscipi, observari, & expediri possunt: imò inutilia, pernicioса, impossibilia, & in Christum contumeliosa & blasphemia sunt, ut inter alia hæc: debita sive pecuniarum, sive peccatorum à defuncto relicta pro ipso exsolvere: indulgentias in sublevationem defuncti impetrare: omnia bonorum operum genera ad ipsius maturandam liberationem tentare: Satisfactionem defuncto impositam, pro eo obire & exequi: Eleemosynas distribuere: Corpus & sanguinem per sacrificium Missæ offerre pro defuncto, & id genus alia.

V. Sed in sacrâ Canonica Scripturâ nullibi ea fundata sunt, nec in primitivâ Apostolicâ Ecclesiâ usitata fuerunt. Cœpit enim primum mortuorum commemoratione in Missâ, ex constitutione Pelagii, ejus nominis primi, Anno Christi 553, quam Gregorius I. postmodum circa annum 593. confirmavit & auxit. Quæcumq; igitur ex S. Scripturæ testimonijs, vel rationibus bona consequentiâ inde deducetis, probari non possunt, eadem facilitate, quâ dicuntur, rejiciuntur.

VI. Deinde parum refert, quo loco habeatur, si tantum honestè peragatur sepultura: quia Domini est terra & plenitudo ejus (c).

(c) Ps. 14. v. 1. Manifestum autem est ex Scriptura Sacra, plerumq; extra urbes, & habitationum humanarum loca, sepulturam fuisse, quemadmodum Abraham Saram uxorem suam sepelit in spelunca agri dupl. plicis, quæ respiciebat Mamre (f). Defunctus viduæ filius extra portam Nain effertur (g). Lazarus extra Bethaniam sepultus est (h).

Joseph Arimathensis, homo dives, sepulchrum novum sibi in horto (i) excidi curavit (i), in quo Christus sepultus jacuit. Sic recte ad exemplum populi Dei peculiaria loca Sepulturæ, extra hominum habitationem destinantur.

VII. Ceterum loca ista consecrata esse debere fortiter contendunt Pontificij. Vnde suffraganei multis magnis sumbris ad consecrandâ cœmiteria, & loca sepulturæ, & domunculas ossium effosorum conducuntur, adducuntur & aluntur. Verum non est opus novâ & magicâ suffraganorum consecratione, cum terra, ut creatura Dei, per se sit bona, sicut scriptum est (k): Vedit Deus omnia quæ fecerat, & ecce, erant valde bona.

VIII. Tum

(k) Gen. 1. v. 31.

v. 60.

Ioh. 19. v. 41.

VIII. Tum nihil etiam ad salutem defunctorū vel promovendā vel impediendā facit, ubi cunq; & quomodo cunq; sepulti sint, sepeliantur vē: Multorum enim Sanctorum Martyrum corpora sepulta non sunt, sed abjecta, quod tamen nihil ipsorum obest saluti: Nec salus Christianorum in sepulturā, sed in merito Christi, fundata est, & gloriā futurā, quae in ipsis revelabitur (1). Est igitur opinio sepulturarum in locis <sup>1) Eom. 8.  
v. 18.</sup> consecratis & sacratis falsa, & mera superstitione, quam indies auxit, & auger avaritia, φιλαγγυεῖα, quæfus scilicet sacer, qui multas conventiones inter plebanos Parochos & regulares scilicet Monachos & Cenobitas peperit, ut Canones eā de causā conscripti docent: C. quibus peccata, 13. q. 2. Titulus de sepulturis, Clemen. Dudum, &c. quæ omnia recensere compendiosa instituti nostri ratio non fert.

IX. Hinc jam colligere licet, quām falso nobis à nūgigerulis istis Esavitarum impostoribus affingatur & objiciatur, quod dicunt, nos opinari nihil referre, quocunq; corpora defunctorum abjiciantur, ac proinde barbaros & impios esse. Vosnè o merecīcia Babylonis parasitæ in extrema barbarie ad omnis generis superstitiones, ineptias & deliramenta à præceptore Sathanæ educati, nobis in Spiritus S. schola quid cum defunctis agendum, edoc̄tis, id ex vestro cerebro præscribere conamini? aut ejusmodi nugas & injurias imponere nobis nonne eruſeſcitis? Acrius certè ac vos detestamur istam barbariem, & impietatem illorum hominum, quorum alij, defunctorum corpora stercore abjectiora habuerunt, aut canibus eadem dilanianda objecerunt, alij in mare abjecerunt, alij aliter cum illis lūserunt.

X. Et propterea apud nos peculiaria, commoda, eaq; honesta sepulturæ loca, ad exemplum populi Dei, & primitive Ecclesie consuetudinem habemus, nostrōsq; defunctos honeste & decenter terræ mandamus, secundum dicta scripturæ: Pulvis es, & in pulvrem revertaris (m). Revertatur pulvis in terram, unde erat, & Spiritus redeat ad <sup>m) Gen. 3.  
v. 19.</sup> Deum, qui dedit illum (n). Et quæ sunt aliæ cause, ut 1. Fides & Spes <sup>n) Eccles. 12.  
v. 7.</sup> resurrectionis illorum & nostra. 2. Postremum pietatis officium, & declaratio nostræ dilectionis erga defunctos. 3. Commonefactio nostri,

de morte, miserijs humanis, earumq; causis, de judicio & ira Dei ad-  
versus peccata. 4. Commonefactio de præparatione ad mortem, per se-  
riam paenitentiam, de precibus pro beata moriendi hora, & felici ex-  
o) Eccl. 38. v. 23. cessu in fide Jesu Christi: Sicut sonat Syrach (o); Hodie mihi, cras tibi.  
Sicut fuit judicium meum, sic erit & tuum.

XI. Superstitiosa autem ista Romanensium obsequia & suffragia  
pro defunctis, quod non adhibemus, si ideo impietatis incusandi simus,  
sciant Pontificij eas a nobis intermiti, quia 1. aduersantur verbo Dei.  
2. Ignota fuerunt primitivæ Apostolicæ Ecclesiæ. 3. obscurant  
& enervant passionem & mortem Domini nostri Jesu Christi, qui solus  
est una, sola, totalis, plenaria propitiatio pro peccatis nostris & per-  
fectus calcator torcularis &c. 4. Et deniq; mortui non amplius ha-  
bent partem in hoc seculo, & in omni opere, quod sub Sole geritur.  
Quare omnino nihil defunctis & mortuis funebris illa suffragia con-  
ferre possunt.

## CAPUT SECUNDUM.

### De statu animarum post mortem.

#### Primus Error.

Secundum  
omnes.  
Catech. Ro.  
fol. 57.

Sonnius in  
demonstra.  
lib. 2. Tract.  
4. cap. 2. & 3.

Quinque sunt animarum post mortem temporalem, in  
altero seculo receptacula seu loca, videlicet: cœlum, in-  
fernus, limbus puerorum, limbus Patrum, Purgatorium.

#### REFUTATIO.

I. Error hic satis est perspicuus, & vult simpliciter esse præter  
Pontificij loquuntur) in S. scriptura tantum mentio fit, tres quasi in-  
termedias habitationes, in quarum inferiore supra infernum, Limbo  
nimirum puerorum, conclusæ teneantur anime infantium illorum, qui  
priusquam infædus Dei recepti sunt, vitam cum morte commutarint,  
hoc est, qui in V. T. octavo die circumcisiani non sunt, & in N. T. ante  
perceptum Baptismum decedunt: in superiori vero limbo Patrum,  
Sancti & fideles Patres V. T. usq; ad Christi adventum, & consumma-  
tam

tam passionem detentifuerint: & viciſſim in harum intermedia, ar-  
dere ignem quendam purgatorium, de quo paulo poſcſe orſim.

II. Ut autem refutemus errorem: primò probandum eſt nobis ex  
S. scriptura, duas duntaxat habitationes ſive mansiones eſſe, quibus  
animæ defunctorum colliguntur: Salutis & beatitudinis alteram; al-  
teram condemnationis: quarum illa pijs & fidelibus; hæc impjs & in-  
fidelibus destinata eſt.

III. De his igitur, nimirum impjs incredulis, non obedientibus Ev-  
angelio Christi, quod animæ ipſorum præcipitentur in infernum, &  
illè crucientur, testatur scriptura: Sicut oves in inferno positi sunt,  
mors depascat eos (a). Item: Descendant in infernum viventes (b). Sic <sup>a) Ps. 49, 15.</sup>  
<sup>b) Ps. 55, v. 15.</sup> Dives in inferno sepultus, cruciatur flammâ, & eſt in tormentis (c). <sup>c) Luc. 16, 23.</sup>  
Ac de Diabolis scribit Apostolus (d): Deus catenis noctis detractos in <sup>d) 2. Pet. 2, 4.</sup>  
tartarum tradidit cruciandos in judicium refervari;

IV. De his vero, pijs videlicet & fidelibus, firmâ fiduciâ in Chri-  
ſtum credentibus, quod ipſorum animæ ſint apud Deum, cum Christo,  
cuius consuetudine non dormientes, ſed in pace cum gaudio viventes,  
fruantur, in perpetua lœtitia, & vita beata, quæ alias etiam ſinus  
Abrahæ, item Paradisus appellatur; ex eadem scriptura maniſtum  
eſt. Sic enim Psaltes: In manus tuas, Domine, commendō Spiritum  
meum (e). Et Salomon: Revertatur Spiritus ad Deum, qui dedit eum <sup>e) Ps. 31, v. 6.</sup>  
(f). Item, animæ iuſtorum in manu Dei ſunt, & non tanget eas tor- <sup>f) Eccl. 12, 7.</sup>  
mentum mortis (g). Ei Christus ait latroni: Amen, dico tibi, hodie <sup>g) Sap. 3, v. 1.</sup>  
mecum eris in Paradiſo (h). Ac diſcipulis suis: Assumam vos ad meip- <sup>h) Luc. 23.</sup>  
ſum, ut, ubi ſum ego, & vos ſitis (i). Item: Pater, quos dediſti mibi, <sup>i) Ioh. 14, 3.</sup>  
volo, ut, ubi ſum ego, & illi ſint mecum, ut videant gloriā meām (k). <sup>k) Ioh. 17, 24.</sup>

V. Credentium itaque animæ ſive piorum fruuntur DEI  
conſpectu, ac cum Christo converſantur, percipientes gaudium & con-  
ſolationem, expectantes carnis reſurrectionem, quod totus homo credens  
perfectè beatus ſit, & vivat perpeſuò cum Deo, qui erit omnia in om-  
nibus. Inquit enim Christus (l): Lazarum poſt mortem ab angelis <sup>l) Luc. 16, 25.</sup>  
portatum in ſinum Abrahæ, ibi conſolatione frui, hoc eſt Deum vide-

B 3 re, in

re, in ipso gaudere, & l̄tam resurrectionem carnis expectare: Quem-  
admodum contrā impiorum animæ dicuntur esse in tormentis, & cru-  
ciari in flammā (n). Item: mitti in tenebras exteriores, ubi erit fle-  
tus & stridor dentium (o). Quæ tamen mysteria in hac vita intelligi  
aut explicari à nobis satis non possunt.

V I. Porrò Christus duobus verbis de fidelibus & infidelibus inquit  
p] Marc. 16. (p): Qui crediderit & baptizatus fuerit, salvus erit; qui vero non cre-  
diderit, condemnabitur: id ē sine omni mora & capidine fieri, restatur  
q] Ioh. 5,24. ipse (q) religiosè jurans: Amen amen dico vobis, qui sermonem meum  
audit, & credit ei, qui misit me, habet vitam æternam, & in judicium  
non veniet, sed transire ex morte in vitam. Audit h̄c F̄s̄jita, filij  
Dei juramentum geminum, de certitudine æterna salutis credentium  
post mortem, quod recte per mortem transeant in vitam, sine ulla  
mora & intercapidine. Sicut & ad lacronem dicit (r): Hodie me-  
cum eris in paradiſo. Et Iohannes (s): Beati mortui: Qui? qui  
in Domino moriuntur. Quando? antiquè, à modo, confessim, plane,  
omnino, non post longum tempus pénarum, sed post mortem, statim,  
quia animas justificatorum fide in Christum, non tanget tormentum  
mortis, id est, ullus cruciatus.

V II. Nec obstat, quod objectatur h̄c nobis: Si animæ cūm pio-  
rum tūm impiorum, statim post mortem in suum destinatum locum  
veniant, nihil opus esse extremo judicio: Hoc enim, & quæ in eo agen-  
tur, nihil derogant ȳs, quæ cum S. Scripturā jam affirmavimus; sed  
opus est illo propter duas causas: 1. propter corporum resurrectionem:  
Corpora enim vel glorificabuntur, vel cruciabuntur, juxta id quod  
fecit homo, sive bonum, sive malum (t). 2. propter revelationem: quia  
tum plena & perfecta erit Sanctorum gloria, quæ in novissimo die  
revelabitur (u).

x] 2. Cor. 5. v. 10.  
u] 1. Ioh. 3. v. 2.  
x] Matt. 25. v. 46. V III. Sic, quando Scriptura dicit de imp̄js (x): Ecce ibunt hi in  
supplicium æternum; justi vero in vitam æternam: non vult, animas  
non statim solutas corporibus migrare in sua loca: Loquitur enim  
ibi de toto corpore & anima qui constat, & dum anima  
quidem

quidem in suo loco dedit ad resurrectionem usq; corporum, hocq; inter  
medio tempore, ut inquit Augustinus, inter depositionem, & receptio-  
nem corporis, secundum ea quæ gesit, sive cruciatur, sive requie-  
scit; Corpus dicitur dormire & quiescere in sepulchro à laboribus hu-  
jus mundi, quos sustinuit, donec animæ vicissim conjungatur, utpote,  
quæ nec dormit, nec quiescit, sed vivit, & habet perpetuò suas actio-  
nes tam extra, quam intra corpus: Sicut lumen è lucerna demum,  
non minus sed clarus splendet ac lucet, quam laternæ inclusum.

lib. i.c.12.de  
prædesti-  
nat.

**I X.** Quod autem multi cùm ex veteribus, tūm ex Neotericis, van-  
ria & dubia etiam de statu mortuorum: Quid scilicet interim faci-  
ant vel patientur mortui, donec veniat filius hominis, &c. docent &  
scribunt: id inde accidit, quia extra, supra & contra Scripturam S.  
scrupulosè cerebri humani cogitationibus indulgent, & non acqui-  
escunt consolationi de statu animarum in verbo Dei traditæ: nitun-  
tur scrutari, quæ & qualis sit pax & securitas istarum: de qua ali-  
quid afferere, citra quod in verbo Dei revelatum non es, valde te-  
merarium est, quin & impossibile.

**X.** Hisce fundamentis jam instructi, rectâ progredimur ad refuta-  
tionem locorum istorum trium intermediorum inter cælum & infer-  
num. Ac opinio de Limbo puerorum, hac potissimum persuasit Pon-  
tificijs: quod nimirum infantes, cùm in peccatis sint concepi & nati,  
neq; per lavacrum regenerationis, vel per circumcis̄ionem, ab illis in-  
quinamentis purgati, Deoq; reconciliati, propter reatum, nullâ propriâ  
culpâ ipsis adhærentem & agnatum, non quidem severissimâ Dei ju-  
sticie ad damnationem infernalem sint subiciendi: interim tamen

Bonavent.

lib. 4. Sent.

Distinct. 45.

fruitione cœlestis gaudij in sempiternum destituuntur.

**XI.** Profecto vix ineptius figmentum excogitarerint Pontificijs. &c.

Ac infantes quidem in peccato conceptos esse, ex SS. scripturâ veris-  
simum est; præter reatum autem, propriam culpam ipsis non adhære-

re, nugacissimum est, ut suo loco evictum est.

Omnis igitur infantes ex se & suâ naturâ sunt obnoxij æternæ damnationi,

(etiam propter solum reatum, ut maximè secundum Pontificios, culpam non habe-

Videatur

Disputat. 5.

in refut. Err.

3 cap. I.

rent)

rent) non minus quam omnes homines ; Sed quemadmodum homines  
illi, qui vera fide in Christum credunt, rectâ ingrediuntur vitam ; qui  
vera non credunt, eandem non consequuntur : ita ut de infidelium li-  
**V. 1. Cor. 5.** beris, præter illud Pauli (7) : Quid attinet de his, qui foris sunt, judi-  
**V. 12. & 13.** care ? nomine de his, qui intus sunt, judicatis ? eos autem qui foris  
sunt, Deus judicat : nihil huc ulterius dicamus : fidelium liberi hanc  
habent prærogativam, quod illis data est promissio de gratia divina.

**V. Gen. 17.** XII. Quando enim dicit Jehovah ad Abrahamum [2] : Ero Deus tu-  
**V. 7.]** us, & seminis tuis posce te ; certe promissio easperat non ad eos tan-  
tum, qui octavo die circumcisi, & per Baptismum sunt renati ; sed e-  
tiam ad istos, qui ante octavum diem in V. T. vel ante acceptum bap-  
tismum in N. T. nullo tamen contemptu intermissum, morte præventi  
sunt : si non secundum communem regulam, saltem per exceptionem  
gratia Dei potius, & per preces parentum, aliorumque fidelium eidem  
commendati.

XIII. Nam si in V. T. Deus dispensare potuit cum Israëlitis, nul-  
lo contempru, sed illato impedimentoo, circumcisionem per annos 40.  
intermittentibus : & in N. T. cum latrone in cruce, alijsque compluri-  
bus, non aquâ, sed sanguine baptisatis : Item cum Catechumenis &c :  
potuit etiam cum infantibus Israëitarum ante octavum diem, & po-  
tesce etiam cum infantibus Christianorum ante acceptum baptismum  
mortuis, tanquam in casu uecessitatis, dispensare, ne propter suæ gra-  
tiae signi privationem, gratia simul promissa & oblatâ preventur. Nec  
enim privatio Sacramenti, sed contemptus damnat.

XIV. Quid? quod, cum neque ipsi Ponificij Israëitarum & Chris-  
tianorum infantes, morte ante acceptum Sacramentum abreptos,  
plane dannare audeant : Spem aliquam salutis ipsis faciant, necesse  
est. Quid igitur vult sibi tale fermentum, quo sempiternum carce-  
rem, nullo S. literarum fundamento, nitentem, parvulis exstruere  
nituntur?

XV. Eodem modo non minus ficticium & ineptum est illud, quod  
de limbo Patrum, nescio quibus ausibus, nugantur ; Santos & fideles  
Patres

Patres in V. T. clauso adhuc regno cœlorum, sub pœna damni, & Iesu in eo detentos fuisse in tenebris exterioribus, non autem privationis gratiae; ad quos Christus post mortem suam, anima descenderit, & animas ipsorum inde liberaverit, limbum illum planè destruxerit, aboleveritque; Patres vero liberatos secum ad cœlestia gaudia exixerit.

**XVI.** Sed occlusum quidem fuit regnum cœlorum primis parentibus & omnibus ipsorum posteris, per & propter peccatum; Sed idem ipsis reseratum per promissionem de Christo semine mulieris, contrituro caput serpentis <sup>(a)</sup>, semine Abrahæ, in quo benedicenda a) Gen. 3, 15.  
omnes gentes <sup>(b)</sup>. Quemadmodum enim propter fidem Iesu Christi, alacrius, pauper debitor ex carcere dimittitur, etiam si solutio nondum facta sit: Sic & in V. T. propter Christum promissum fidemque apprehensum, qui certo satisfacturus erat pro debitis totius mundi, sancti & fideles Patres non tantum in hoc mundo in gratiam Dei fuerunt recepti, sed & per mortem temporalem translati in vitam æternam.

**XVII.** Testantur id singulare exempla quorundam Sanctorum: Enoch <sup>(c)</sup>, Moses <sup>(d)</sup>, & Heliae <sup>(e)</sup> qui ante adventum & passionem Christi, virtute & efficacia futuri ejus meriti, de terrâ, non intercede dente, vel morte, vel limbo, in regnum cœlorum sunt translati. c) Gen. 5, 24. d) Mat. 17, 3. Luc. 9, v. 30. e) 4. Reg. 2.

**XVIII.** Tum & ipse David <sup>(h)</sup> animam suam commendavit in manus Dei creatoris & redemptoris sui, quæ non esse limbis aut carcer concludens animas, sed omnipotens Dei virtus <sup>(i)</sup>. Denique ipse filius Dei affirmat <sup>(k)</sup>, Abraham, Isaac & Jacob in regno cœlorum vivere, non in limbo aliquo, idque ante suam passionem. Et Petrus <sup>(l)</sup>, fideles Patres Veteris Testamenti per gratiam Domini nostri Jesu Christi salvatos esse docet. Non itaq; fingant, & obtrudant nobis Pontificij ejusmodi limbum aut carcerem, quem si tamen adeo propugnent, libenter ipsis solis relinquimus.

### Secundus Error.

#### De Purgatorio.

Sicut tria sunt genera hominum: Unum perfectorum in

C

Sonnius in demonst.  
relig. Chr.  
lib. 2. traet.  
4. cap. 2.  
Conc. Trid. Sess. 25.  
de dis: Ita tria quoq; loca sive receptacula illis destinata  
purgatorio. sunt: Cœlum, infernus, purgatorium, in quorum postre-  
mo, tertij generis hominum animæ, post hanc vitam cor-  
poralibus pœnis purgentur.

## REFUTATIO.

I. Pontificij Esavitæ figmentum suum Ethnicum illud, Poëticum, fabulosum, & in meritum expiationis unici Salvatoris nostri Iesu Christi maximè blasphemum & contumeliosum de Purgatorio, ut aliquali vestitu pallient, & salvare videantur, undecunq; proba-  
tiones corradunt: ad quas profligandas, ante quam accedamus, juvat  
bit scire, quid intelligent per Purgatorium.

II. Illud verò jam ex superioribus colligi poterit, esse inter Cœlum & infernum locum intermedium, in quo animæ eorum, qui pœnitentia, fide, charitate non substituti, tantum minutis vel venialibus vitijs la-  
borent, vel satisfactionem pro peccatis mortalibus non consummave-  
rint, temporalibus pœnis à peccatis purgentur, à quibus tamen pœnis,  
fidelium virorum suffragijs liberari possint.

III. Quæ mera fabula, licet satis explodi possit fundamentis illis, in præcedentis erroris refutatione ex Scriptura positis, quod duo tan-  
tum sint status animarum post hanc vitam: alter æterne beatitudi-  
nis in cœlo: alter perpetuae damnationis in inferno: Et refutetur  
vel hoc solo arguento, quod in tota S. Scriptura, nullum exstet testi-  
monium, nec de nomine, nec de re purgatoriij ignis, nec ullum exem-  
plum,

plum: Ut tanquam figmentum impium, & purum putum mendacium, eadem facilitate, quā citra Scripturā autoritatem affertur, rejiciatur; Tamen ne quid obtinuisse sibi videantur propugnatores mendaciorum, ad tegumenta & fulcimenta ipsorum respondebimus.

**IV.** Primum itaq; in errore positum, falsissimum est in rebus Theologicis, & ex ratione humana, non ex verbo Dei promanat, ejusmodi triplex esse genus hominum, quale fingunt nobis Pontificij: imo contra Scripturam est. Ea enim duorum tantum generum mentionem facit, nimirum p̄nitentium & imp̄nitentium: fidelium & infidelium, quando inquit [a]: Qui crediderit & baptizatus fuerit, &c. Item: <sup>a] Marc. 16.</sup> Qui credit in Christum non judicatur; qui vero non credit iam judicatus est <sup>b] v. 16.</sup> [b]. Ut & alias s̄p̄ius Christus humanum genus partitur in mundum & discipulos <sup>b] Ioh. 3, 18.</sup> [d] in virgines fatuas & prudentes <sup>d] Ioh. 15.</sup> [f] in oves & hircos <sup>f] cap. 17,</sup> <sup>g] Luc. 16, 8.</sup> <sup>g] Matt. 25, 2.</sup> <sup>g] ibid. v. 33.</sup>.

**V.** Deinde nullum est genus hominum adeò perfectè bonorum & immaculatorum, qui ut isti somniant, in praeceptis Domini sic ambulant, ut peccatum committere ullum nunquam cogitent, ac proinde rectâ regnum cælorum ingrediantur. Immaculati enim in sacris liceris dicuntur, qui per Christum fidè à peccatis purificantur. Horum vero nullus unquam sic sanctificatus fuit per Spiritum Christi, ut insé ab omni maculâ incredulitatis vel concupiscentiarum purus esset: Sed conquesti sunt omnes quod non habitet in carne suâ bonum <sup>h] Rom. 7.</sup> (h). Proinde neq; mater Domini, neq; S. Apostoli, vel Martyres quos memorant <sup>v. 18, 21.</sup> <sup>Ps. 32. v. 6.</sup> Pontificij, neq; quisquam unquam hominum, excepto Christo, in propria sanctitate & operibus tam fuit perfectus & immaculatus, ut sua renovationis, justicieq; merito vitam æternam consequi potuerit; Quin <sup>i] Ioh. I, v. 10.</sup> omnes pariter per Christum justificati, & gratis salvati sunt <sup>i] Ioh. i, 3. v. 16. & 36.</sup> <sup>h] Rom. 3, 24.</sup> <sup>Eph. 2. v. 16</sup>

**VI.** Sic neq; sunt quidam mediocres, hoc est, ut iidem fingunt, qui nec optimi sint, nec pessimi. Scriptura enim in universum omnes naturâ malos arguit (k). Alios autem imp̄nitentes esse testatur, qui fide & charitate careant; alios penitentes, qui de peccatis contriti, eo-rundem remissionem propter Christum credant, & consequantur.

C 2

VII, Si

<sup>k] Ps. 14. v. 1. & 3.</sup>

<sup>Rom. 3. v. 10</sup>

& seq.

VII. Si verò illos intelligent mediocres ; qui infirmā saltem fide  
sunt prædicti, eos q̄ propterea in ignem purgatorium deiiciendos : rudis-  
simi sunt asini, ignorantes scripturam. Nam & parva fides divini  
verbi promissione suffulta, vera fides est, quā non minus, quām firma  
fide apprehenditur Christus ; qui & se infirmorum medicum profitetur

m] Matt. 9. (m), infirmantes in fide suscipit (n), arundinem quassatam non con-  
v. 12. & 22.

n] Rom. 15. terit, & linum fumigans non extinguit (o) ; sed virtutem suam in no-  
v. 17. stra infirmitate perficit (p).

o] Esa. 42,3 Matt. 12,30. p] 2.Cor.12. VIII. Labefacto itaq̄ jam potissimum Pontificij Purgatorij funda-  
mento, ipsa contignatio purgatorij corruere incipit. Cui tamen fulci-  
endo cum afferunt plurima fulcra, admodum ut ipsis videntur robu-  
sta ; Sed vereor ne nimis debilia : illa etiam videbimus, & quantum  
fieri poterit, removebimus.

### Tertius Error.

Secundum omnes. Remanent ijs, qui hīc non absolutē pro culpa satisfe-  
cerunt, pænæ temporales venialium peccatorum, & mor-  
Conc. Trid. talium, propter contritionem, confessionem & cæptam  
Sess. 25. de satisfactionem, luendæ in Purgatorio, quæ redimi aut  
Purg. subleyari possunt fidelium viventium suffragijs : Ergo  
est Purgatorium. Et multa sunt dicta Scripturæ, quibus  
idem probatur.

### REFUTATIO.

In refutat. I. Egregiè hīc petunt Papicola principium ; dum alterutrum incer-  
tum per æquè incertum probant. Utrum enim sumant, neutrum ex  
Scriptura deduci potest. Pænam siquidem æternam post remissam  
culpam, nullam remanere, cùm Christus sufficiens satisfactio sit, & pro  
culpâ, & pro pænâ, in Disput. 17. demonstratum, & temporales pæ-  
nas propriè non esse pænas, sed castigationes, ibidem annotatum est.  
De qua re hīc nihil agemus.

Err. 6. c. 1. II. Ponificij autem temporalem pænam distinguunt in hujus vita;  
& Purgatorij pænam : Purgatorij vicissim duplē docent ; unam  
damni : alteram sensus. Purgandos enim privari tamdiu visione Dei,  
donec

donec perpurgentur, & urigne Purgatorij non aliter atq; damnatos  
in inferno, nisi quod spem habeant liberationis. Sed o vanitas vani-  
tatum, & omnia vanæ! o mendacia mendaciorum mendacissima, quo  
istius Purgatorij factores, prædicatores, de pœnis Purgatorij clamia-  
tant & scriptitant: quia non tantum sine autoritate verbi divini, sed  
etiam contra verbum Dei factores & calefactores Purgatorij exagge-  
rant exquisitissimos cruciatus, qui à Gehenna non magnitudine, sed  
tantum duratione tormentorum differant. Hoc nimurum est, cum  
Scriptura dicere (a): Iustorum animas non tanget mortis tormentum.

a] Sap. 3.v.1.

III. Porro Purgatorij pœnam redimi posse, quod fabulantur, suf-  
fragijs fidelium vivencium, id nihil esse, in capite primo monstravi-  
mus. De illo igitur hic non plura.

IV. Fulcimenta, quibus innititur purgatorium ipsorum, multa  
quidem cumulant, sed nullius momenti, ut pleraq; non sint digna, quæ  
recensemantur; Inter dicta verò scripturæ, quibus Purgatorij structu-  
ram fulcire conantur, hæc videntur esse alicujus momenti. Primo ex  
V. T. [b] Transivimus per ignem & aquam, & eduxisti nos in refrige-  
rium. Item: [c] sanguine Testamenti tui emissti vinculos tuos, delacu,  
in quo non es aqua [d]. Ipse erit quasi ignis conflans, & quasi sapo  
fullonum, & sedebit conflans, & emundans argentum, & purgabit fi-  
lios Levi. [e]. Judas Macchabæus 12000. drachmas pro interfectis  
misit Hierosolymas &c.

b] Ps. 66, 12.

c] Ezech. 9.

v. II.

d] Mal. 3.

v. 2, 3.

e] 2. Macch.

12.v.43.

V. Sed hæc dum oggerunt nobis Pontificij, contra conscientiam  
faciunt, utpote qui cum præceptoribus suis, in V. T. nullum  
purgatorium fuisse docent. Ad 1. tamen addimus: loqui Psalmem de  
tribulationibus temporalibus, quod verba immediate sequentia, do-  
cent: Introibo in domum tuam in holocaustis: quod, quomodo qua-  
drare potes in defunctas animas? Ac addit Psalmista: Imposuisti  
homines super caput nostrum; homines autem non sunt Dæmones, ut  
fingitur in Purgatorio.

VI. Ad 2. verò respondemus, esse eam locutionem metaphoricam,  
qua liberatio totius generis humani lapsi, describitur. Tum contradic-  
toria

**E**toria sunt in hoc & præcedenti dicto ; si de purgatorio explicitur :

*In illo enim statuitur lacus in Purgatorio ; in hoc verò ignis. Si au-*  
*tem urgeatur lacus sine aqua, sciant Pontificij , eum locum esse infer-*

f] Luc. 1,23. g] Syr. 30.  
*num [f], ex quo reditus non patet [g] : quomodo itaq ad purgatorium*  
*quadrabit.*

**VII.** *Ad 3. itidem esse meras metaphoras , quod docet vocula qua-*  
*si. Et quomodo, ô inepti, sequitur ? Purgabit filios Levi : Ergo pur-*  
*gatio ea non potest esse alia, quam per ignem purgatorium. Loquitur*  
*autem contextus de primo adventu Christi, illiusq ministerio, quo hy-*  
*pocritas tanquam scoriam sit confusurus, & verum Deic cultum insti-*  
*turus, & suo sanguine Spirituales Sacerdotes & Levitas consecra-*  
*turus.*

**VIII.** *Deniq ad 4. nempe factum Macchabæi : esse librum illum*  
Bellar.lib.1. apocryphum & ad demonstranda fidei dogmata; (quale volunt esse Ie-  
de purg.c.3. suitæ purgatorium) nihil valere : quod probatur ex eo, quod autor e-  
jusdem, contra morem Spiritus S. veniam petit, si quid minus dignè  
scriptum reliquerit. Nec habuit Judæ illud factum, mandatum divini-  
nun : Unde ἐδεκτονεῖα rectius accusandus erit, quam ut cultum  
Deo gratum, & in verbo ipsius mandarum peregitse Judæ dicendus sit.

a] Matt. 5. I X. v. 26.  
**a]** *Deinde ex N. T. [a] : Non exibis inde, donec per solvas no-*

b] Apoc.21. v. 26.  
**b]** *vissimum quadrantem [b]. Nihil coquinati intrabit regnum cælo-*

c] Matt. 12. v. 32,  
**c]** *rum [c]. Peccatum in Spiritum S. dicitur neq in hoc, neq in futuro se-*

d] Phil.2,10.  
**c] culo remitti [d]. Et quod in nominis Jesu fleti debeat omne genu, cæ-**

lestium, terrestrium, & inferorum. Ad quorum 1. respondemus ;  
**A** *Apoc.s.v.14 Malè Esavitam verba Evangelista lacerare ad purgatorij sui cliba-*  
*nnum calefaciendum : Loquitur enim Evangelista non tñtus de statu*  
*alterius seculi ; sed moner, ut paci & tranquillitati in præsenti hac vi-*  
*ta studeamus, & cum adversarijs nostris reconciliemur, ne pertinacia*  
*nstrâ, graviora mala à politico magistratu nobis atterahamus.*

**X.** *Tum si maxime æxegimus expliaretur dictum ; de inferno ta-*  
*men & damnatione aeterna ibi agi manifestum est, in qua temporaneo*  
*Purgatorio non datur locus. Nec illud elicetur ex vocabulo donec,*  
quod

quod ita refertur ad tempus præcedens, ut de futuro & sequenti non  
affirmetur contrarium, ut ex alijs quoq; locis probatur [e].

e] Gen. 8. v.

XI. In 2. loco sumitur mundatio ab inquinamento, pro justificatio-  
ne fidei, qua cuncti, qui credunt, abluuntur, sanctificantur [f]. Sed  
quid hæc ad Purgatorium? 3. Locus explicatur alibi [g] ita: Non  
habebit remissionem in æternum. 4. locus non animas justorum in Pur-  
gatorio sed ipsos dæmones intelligit: Est enim genu flexio, eo in loco  
idem quod subjectio, qua ratione etiam dæmones (licet contremiscant)  
tamen subjectionem nutu facentur.

7. c. 28.v.15.

Pf. 110. v. 1.

Matt. 1.v.25.

f] 1. Cor. 6.

v. II.

Ioh. v. 7.

Act. 2. 15. II.

g] Marc. 3.

v. 29.

### Quartus Error.

Sæpiissimè apparuerunt animæ defunctorum, qui de  
suo statu, de cruciatibus & torturis in purgatorio perfe-  
rendis conquestræ fuerunt, & modum etiam ostenderunt,  
quo poenæ & tormenta purgatorij sui mitigari & abbre-  
viari possint.

Praxis viva

Papistarum

Gregorius

I. Dialogo-

lib. 4. cap. 4.

& alibi.

### REFUTATIO.

I. Ad stabiliendam erroneam suam opinionem de purgatorio Pon-  
tificij à Scriptura, quæ ea in re ipsis nihil patrocinatur, delabuntur ad  
visiones & apparitiones Spectrorum, & tumultuantum Spirituum,  
h. e. diabolorum, pro defunctorum animabus se venditantum, ac  
Missas pro se fieri, aliaq; suscipi flagitantium, quorum dictis ac re-  
sponsis illud confirmare nituntur: Vnde certè non obscurè futilitas  
dogmatis istius deprehenditur.

II. Esse verò spectra illa, & Spirituum apparitiones, non defunctorum  
animas, nec veras alias res, ex materia quadam conflatas; sed  
marè præstigias, illusiones, & ludibria Sathanæ, imò ipsummet Diabo-  
lum, (qui jam hæc, jam illâ formâ assumptâ, prout est Spiritus potens,  
princeps mundi, & mille artifex, permittente Deo, præstigij suis infi-  
nitis ludit, hominum sensus fallit, fascinoq; oculos eorum perstringit,  
ac res aliter sensibus, quam re vera sunt, & in rei veritate se habent,  
objicit ac repræsentat, ut appareant, audiantur ac esse videantur, quæ  
tamen re vera nec sunt, nec eo modo se habent:) inter vere Christianos  
maxime convenit.

III. Si-

**III.** Siquidem animæ mortuorum non apparent in his terris, cumq; solutæ sunt suis corporibus, ne apparere quidem & confisci in se possunt: quemadmodum animæ Lazari non permititur, ut appareat dicitis epulonis fratribus: nec ulla ullius hominis demortui anima extra corporis sui domicilium unquam in hinc terris apparuisse legitur in universa scriptura V. & N. Testamenti.


**IV.** Quod verò prætendunt Pontificij, Samuelem apparuisse Saulos, eiq; responsa dedisse de futuro belli eventu: illum verum Samuelem non fuisse, sat firmis argumentis evincitur. Non enim totus Samuel ex animo & corpore conflatus apparuit, nisi fateamur hoc pacto illum è mortuis fuisse resuscitatum. Non etiam corpus sive cadaver ejus prodiit, quia corpus examine neq; ipsum movere sese, neq; vocem edere potest. Neq; animus ejus apparuit: quandoquidem illum vel voluntate atq; virtute DEI excitatum fuisse, vel Sathanæ per Magam mulierem operantis sequeretur. Sed non virtute Dei, quia testatur historia, Deum noluisse apparere Saulo, neq; per Prophetas, neq; per sacerdotes, neq; per somnia. Nec Sathanæ, quia nec potest, cum in animas piorum, quæ ex hac vita decesserunt, nihil juris habeat.

**V.** Relinquitur igitur, nec Samuelem à mortuis apparuisse, nec aliorum sive piorum, sive impiorum animas apparere posse. Ac proinde quicquid de animarum apparitionibus garrunt, fabulantur & mentiuntur Pontificij: id ex meritis præstigijs mille artificis Diaboli illis persuasum esse certissimum est. Quod enim animæ ex suis locis non migrant multis locis scripturæ demonstratur.

**VI.** Quæ præterea phantasmaticè hic habent Papalis idoli culto-  
Sap. 3. v. 1.  
2. Reg. 12,23. res, ea ne digna quidem censemus relatu, nedum ut multis refutentur.  
Ps. 88. v. II. Sit Deo Trinuni laus, honor & gloria, quod nos clementia suâ in Chri-  
Iob. 8. v. 18. sto Jesu per Spiritum sanctum  
Syrach. 30. aluerit, ut & in mor-  
&c. ubi post mortem vivi

80710





donec per purgantur, & urigne Purgatorij n.  
in inferno, nisi quod spem habeant liberationis.  
tatum, & omnia vano! o mendacia mendacior  
istius Purgatorij factores, prædicatores, de p  
tant & scriptitant: quia non tantum sine autor  
etiam contra verbum Dei factores & calefactor  
iant exquisitissimos cruciatus, qui à Gehenna  
tantum duratione tormentorum differant.  
Scriptura dicere (a): Iustorum animas non tang  
III. Porro Purgatorij pœnam redimi posse,  
fragis fidelium viventium, id nihil esse, in ca  
mus. De illo igitur hic non plura.

IV. Fulcimenta, quibus innititur purgato  
quidem cumulant, sed nullius momenti, ut plen  
recenseantur; Inter dicta verò scripturæ, quib  
ram fulcire conantur, hæc videntur esse alicujus  
V. T. [b] Transvimus per ignem & aquam, &  
rium. Item: [c] sanguine Testamenti tui emisi  
in quo non es aqua [d]. Ipse erit quasi ignis  
fullonum, & sedebit constans, & emundans arg  
lios Levi. [e]. Judas Macchabæus 12000. dr  
misi Hierosolymas &c.

V. Sed hæc dum oggerunt nobis Pontificij  
faciunt, utpote qui cum præceptoribus suis  
purgatorium fuisse docent. Ad 1. tamen addi  
tribulationibus temporalibus, quod verba imm  
cent: Introibo in domum tuam in holocaustis:  
drare potes in defunctas animas? Ac addit  
homines super caput nostrum; homines autem  
fingitur in Purgatorio.

VI. Ad 2. verò respondemus, esse eam locut  
qua liberatio totius generis humani lapsi, descri



the scale towards document

lannatos  
as vani  
ma, quo  
y clamis  
vini, sed  
exagge  
line, sed  
sc, cum  
mentum. a) Sap. 3. v. 1.  
tur, suf  
onstravi  
  
, multa  
na, quæ  
structu  
Primò ex  
refrige  
b) Ps. 66, 12.  
, delacu  
c) Ezech. 9.  
uasi sapo  
v. II.  
d) Mal. 3.  
rgabit fi  
v. 2. 3.  
terfectis  
c) 2. Macch.  
12. v. 43.

cientiam  
nullum  
altem de  
titia, do  
ndo qua  
npo suisti  
ones, ue  
oriam,  
onradi  
atoria

Image Engineering Scan Reference Chart T263 Serial No. 032